FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomiae Salutis Epitome Isagogica

Lange, Joachim

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13487469

Membrum VII. De Salutis Restituendae Ordine, Respectu Beneficiorum Conferendorum.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211558

Visual Library

MEMBRUM VII.

DE SALUTIS RESTITUENDÆ ORDINE, RESPECTU BENEFICIORUM CONFERENDORUM.

ARTICULUS I. DE VOCATIONE ET CONVERSIONE.

SECTIO I. DE VOCATIONE.

Sedes doctrinæ: Matth. IX, 13. XI, 28. 29. 1 Cor. I, 9. &c.

Definitio: Vocatio est actus gratiæ applicatricis, quo Deus per ordinata media omnes homines ad partam salutem invitat.

TRACTATIO.

I. CAUSSA EFFICIENS, Pater 2 Tim. I, 9. Filius Matth. XI, 28. 29. Spiritus S. c. X, 20. in officio prophetico Christum glorificans. Jo XVI, 14.

II. MEDIUM ORDINARIUM, verbum evangelii Rom. I, 6. 2 Thess. II, 14. Huc cum lege pertinent media pædagogica.

III. UNIVERSALITAS: quam comprobat

1. Meritum Christi universale, de quo supra.
2. Clarissima scripturæ loca Jes. XLV, 22. Col I, 25.
3. Ipsa historia per sex temporum periodos, ab Adamo usque ad Christum.

IV. MODUS & GRADUS OPERATIONIS: ubi gratia

1. *Præveniens* notionis generalis & specialis Jo. VI, 44 in tractione & pulsu. Apoc. III, 20.
2. *Præparans*, ad opus conversionis propius accedens Act. II, 37. in compunctione cordium.
3. *Convertens*, seu operans, a constituto conversionis opere sic dicta. 1 Thess. IV, 7. 2 Tim. I, 9.

V. PROPRIETAS, a coactione aliena, ita ut ei resisti possit Matth. XXIII, 37. Luc. VII, 30. Act. VII, 51. XIII, 46.

VI. FINIS, qui cognoscitur e termino, ad quem tendit.

VII. USUS multiplex.

SECTIO II.
DE CONVERSIONE.

Sedes doctrinæ: Pſ. I, 3. LI, 12. Jeſ. I, 16 - 18. Matth. III, 2. 8. XVIII, 3. Act. III, 26. XVII, 30. XXVI, 18. 20. 2 Cor. III, 16. Gal. IV, 19. 2 Tim. II, 26. &c.

Definitio: Converſio eſt opus gratiæ applicatricis, quo Deus hominem in peccatis mortuum ſpirituali vita ac luce beat. &c.

TRACTATIO.

I. NECESSITAS, ratione ordinis: de qua conſtat

1. *E natura hominis* & Dei contraria.
2. *E jactura* & neceſſaria inſtauratione imaginis div.
3. *Ex ordine* accipiendæ remiſſionis peccatorum.
4. *E ſcripturæ* locis Matth. XVIII, 3. Jo. III, 3. 5. &c.

II. DISTINCTIO converſionis in *tranſitivam* & *intranſitivam*, ſeu immanentem Jer. XXXI, 18. quæ etiam *pœnitentia* vocatur.

III. MODUS, qui conſiſtit in *ſpirituali mutatione*, ratione intellectus & voluntatis: ubi notandus *terminus a quo & ad quem*, cum translatione & tranſitu intercedente: quem illuſtrant ſynonyma biblica & *hermeneutica* v. g. *creatio nova* Pſ. 51, 12. *circumciſio cordis* Deut. X, 16. Rom. II, 29. *inſitio in Chriſtum* Rom. VI, 5. *plantatio ad rivos aquarum*, *tranſitus e morte in vitam* 1 Jo. III, 14. *remotio velaminis* ab oculis 2 Cor. III, 16. &c.

IV. SYNONYMA *dogmatica*: quæ ſunt

1. *Pœnitentia*, quæ ſtrictius accepta notat tantum contritionem, latius ipſam converſionem intranſitivam, præcipue fidem includens: & eſt vel *lapſorum* Hebr. VI, 1. IX, 14. vel *ſtantium* quotidiana.
2. *Regeneratio*; quæ nihil eſt aliud, quam converſio tranſitiva, adultis & infantibus conveniens.
3. *Illuminatio*, quæ ipſa eſt converſio & regeneratio, ſed a mutatione intellectus denominata.

V. CRITERIA duodecim: Spiritus adoptionis Rom. VIII, 15. 16. Victoria de mundo 1 Jo. V, 4. 18. 19. &c.

VI. USUS, qui multiplex.

Iac. I. 18. 1. Pet. 1. 23.

Ies. LIX. 2. Mich. III. 4.
IV. 22. 29.

a) tenebrae et servitus peccati,
b) status gratiae, fides et spiritualis vita

c, participatio divinae naturae. 2. Pet. 1. 4. Donatio mentis Christi
et transformatio. Rom. XII. 2.

endatione intellectus finiuntur.
d, Pax et libertas Rom. XIV. παρρησία. Act. XXVI. 78.
amor ordinatus, oblectatio in rebus divinis, abnegatio
mortificatio, afflictio mundi, studium bonae conscientiae

a ist an sola notitia sufficiat, et quis possit dici illuminatus
idque biblice loquendum, quare de voce tandem potissimum
controversia relinquitur.

f et fide Ioh. 17. 3.

a Rom. 12. 1. 2. seqq. Ephes. 1. 18. 19.

* 1. mens auctoris est pedes respondere voluntati, iam vero hi
admonent oculum ad contemplanda obiecta. 2. hic non
sufficit inspectio mapparum, sed experientia praestat. 3. vir
cula coniuncta st. cum tenebris carceris, nec per lux
adspicitur, nisi vinculis antea solutis. 4. ubi non pot
est capiti bene esse, si cor laesum fuerit. 5. absonum esset
aliam contignationem ab hoste tuo habitari. 6. a ve
lamine oculorum, quod debet removeri. 7.

IV. 1.

Franckesche Stiftungen zu Halle

ARTICULI I. EPIMETRUM DE

ILLUMINATIONE SOLIS REGENITIS PROPRIA.

I. STATUS QUÆSTIONIS: *Anne ad veram illuminationem certus ordo, scilicet ordo conversionis, requiratur, & hinc tantum soli regeniti vere sint illuminati?*

II. VERITAS hujus sententiæ, probata 12. argumentis: quæ sunt:

1. *Modus illuminandi* a Christo & apostolis servatus.
2. *Effectus hujusmodi*, in conversione positi.
3. *Natura verbi illuminantis*, tanquam lucis & ignis,
4. *Natura hominis illuminandi*, in repugnantia subigenda.
5. *Natura spiritualis cognitionis*, quæ donum Dei, quod non nisi sincere expetentibus datur.
6. *Natura methodi* in studio Theol. in oratione, meditatione & tentatione,
7. *Natura cognitionis omnis*, vitam supponens.
8. *Forma omnis cognitionis*, in assensu posita.
9. *Forma* conversionis & regenerationis, in translatione e tenebris ad lucem.
10. *Loca scripturæ*, quibus impiis vera Dei notitia abjudicatur.
11. *Loca*, quibus ea solis regenitis tribuitur.
12. *Loca*, in quibus cognitionis incrementum a studio renovationis derivatur.

III. VERÆ SENTENTIÆ ILLUSTRATIO varia: uti sunt:

1. Imago desumta ab usu pedum & oculorum. 2. a re geographica 3. a captivitate. 4. a curatione corporis. 5. a plurium contignationum ædibus. &c.

IV. SENTENTIÆ VERÆ UBERIORA PRÆSIDIA, desumta a necessario, a tuto, ab utili, & ab universali ac perpetuo orthodoxorum consensu.

V. FUTILITAS EXCEPTIONUM & objectionum, desumtarum a nonnullis locis biblicis, lumine medii, &c.

p. 337-347

Franckesche Stiftungen zu Halle

M. VII. ARTICULUS II.

DE

JUSTIFICATIONE ET PRAEDESTINATIONE.

SECTIO I.

DE JUSTIFICATIONE.

Sedes doctrinæ: Pſ. XXXII, 1. 2. CXXX, 3. 4. Jeſ. I, 16. 17. 18. Rom. III, 21 ſeqq. IV. VIII, 33. 34. 2 Cor. V, 21. Gal. II, 16. ſeqq. &c. 1. Cor. 1. 30. Jer. XXIII. 6.

Definitio: Juſtificatio eſt actus forenſis, quo Deus, intuitu interpoſiti lytri, peccatorem pœnitentem ita declarat juſtum, ut ipſi juſtitiam Chriſti ad ſalutem imputet, ſuam vero injuſtitiam, ſeu peccata, non imputet.

TRACTATIO.

I. NECESSITAS juſtificationis: quæ agnoſcitur e ſtatu peccati, præter *damnum* etiam *culpam* demendam in ſe continente.

II. NEXUS cum *converſione*, qui arctiſſimus, inprimis reſpectu hominis juſtificandi. Conf. Matth. IX, 2. 6.

III. FUNDAMENTUM & CAUSSA, Dei gratia & ſatisfactio Chriſti, e qua reſultat *meritum* imputabile.

IV. OBIECTUM fidei juſtificantis, *juſtitia Chriſti parta & imputabilis*, cum merito e ſatisfactione reſultans. Jeſ. LIII, 11. Rom. III, 21. IV, 3 5. 9 11. ſeqq. Apoc. VII, 14. &c.

V. HOMO JUSTIFICANDUS: qui conſideratus

Negative, nec eſt impius ἀμετανόητος, nec ἐργαζόμενος, opera ſuo judicio Dei opponens, Rom. IV, 4. 5.

Affirmative, homo regenitus, fide præditus, ac mali propoſiti expers Pſ. XXXII, 1. 2. LI, 3. ſeqq. Jeſ. I, 16. 17. 18. Matth. XI, 28. Luc. XV, 4. 8. 17. Act. XXVI, 18. 20. Rom. III, 19. &c. quæ loca hic curatius conſideranda ſunt.

P. 347 - 343

IV.

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle

VI. FIDES QVÆ justificat: ejus

1. *Origo divina* ex regeneratione.
2. *Indoles viva & lucida:* ubi vita regenerationis a vita renovationis distinguenda est.
3. *Indoles activa,* activitate organica, quæ ab effectiva differt.
4. *Indoles supplicans,* famis ac sitis naturam habens. Matth. V, 6. Jo. VII, 37. Ps. XLII, 1. seqq.
5. *Indoles magnetica* Matth. IX, 20. seqq.
6. *Proprietas acquiescens.* Gen. XV, 6.
7. *Proprietas luctatrix* & victrix 1 Jo. V, 4.
8. Ἐνέργεια per caritatem Gal. V, 6.

VII FIDES QVATENUS justificat: scilicet eatenus

1. Quatenus judicio Dei pro merito Christi imputabili ita supplicat, ut illud apprehendat & in apprehenso acquiescat.
2. Quatenus organice activa est, seu actu ipso se exserit, & simul in receptione meriti Christi se passive habet.

VIII. SENSUS FORENSIS; quem inter alia probant

1. *Satisfactio typica* & antitypica forensis.
2. *Usus forensis* verbi justifico & condemno.
3. *Integra actio judicialis.*
4. *Synonyma,* remittere peccata &c.

IX. FORMA, quæ ex parte

Hominis, est lytri apprehensio & applicatio.
Dei, ejusdem imputatio & peccatorum remissio.

X. FINIS & EFFECTUS; qui ex parte

Hominis, ejus salus Rom. IV, 7. 8. 9.
Dei, ejus gloria, ex admirando misericordiæ & justitiæ temperamento elucescens.

XI. AFFECTIONES: 1. Perfectio. 2. perpetuitas. 3. certitudo. 4. continuatio.

XII. USUS: inprimis adversus Pontificios & Socinianos.

SECTIO II.

DE PRAEDESTINATIONE.

Sedes doctrinæ: Rom. VIII, 28. 29. 30. Eph. I, 4. 5. 2 Theſſ. II, 13. Jac. II, 5. 1 Pet. I, 1. 2. &c.

Definitio: Prædeſtinatio eſt decretum æternum, quo Deus ex gratia, ſecundum propoſitum ſuum de hominibus per fidem in Chriſtum ſalvandis, & ſecundum prævisionem hujus fidei, credentibus æternam ſalutem deſtinavit.

TRACTATIO.

I. ORDO agendi de decretis, deſumendus ab eventu.

II. DECRETA IPSA tria:
Primum de humano genere creando.
Secundum de eo per Chriſtum reſtituendo.
Tertium de adjudicatione ſalut. per fidem apprehenſæ.

III. VOLUNTAS ANTECEDENS, quæ complectitur *benevolentiam Patris* univerſalem: *meritum Chriſti* univerſale: & *operationem Spir. S.* univerſalem. Eph. I, 11. &c.

IV. PRÆVISIO ordinis ſalutis initi, & in eo fidei, certisſima quidem, ſed necesſitatem nullam adferens: utpote quæ eſt intellectus nihil efficientis.

V. VOLUNTAS CONSEQUENS, quæ eſt ipſa prædeſtinatio, ſeu electio, ſtricte ſic dicta, ſeu decretum Dei.

VI. QUALITAS hujus decreti: quod non eſt *abſolutum*, ſed reſpectivum, ad conſtitutum & initum ſalutis ordinem relatum.

VII. DECRETUM REPROBATIONIS parallelum: ubi itidem *voluntas antecedens:* Qui non crediderit, condemnabitur; & *Prævisio:* atqui hic, ille, iſte non credet: & *voluntas conſequ.* ergo condemnabuntur. Marc. XVI, 16.

VIII. FINIS prædeſt. hominum ſalus ad Dei gloriam procuranda. Eph. I, 5. 6. 12. 2 Theſſ. II, 13.

IX. AFFECTIONES: 1. certitudo: 2. posſibilitas ad tempus gratiæ ſtatu excidendi Gal. IV, 19. &c.

X. USUS: & quidem did. elenct. epan. pæd. paracl.

p. 366-380

M. VII.

Quia decretum praedestinationis optime intelligitur ex eventu hic recte de praedestinatione agitur, postquam antea explicatum quo ordine hominem Deus salvare velit.

sus.
quo salus esset adplicanda, atque hoc dicitur voluntas antecedens, ad omnes homines pertinens
est voluntas consequens, ad illos tantum pertinens, quos praeviderat Deus ordinem secuturos, simulque reprobans hunc ordinem adspernatos.
III. haec dicitur in scriptura εὐδοκία seu consilium cuius summa est. quicunque crediderint salvabitur. Ioh. 3. ib. c. 6. 40.

n. Rom. 8. 29. 30. Ephes. 1. 4.

VI. quare culpa damnationis hominibus (?) Luc. 7. 30

IX. 1. Rom. 8. 38. 2 Cor. 1. 10.
2. totaliter, sed non finaliter.
desperatione
X. Did. de praestantia huius doctrinae ad arcendam securitatem et
El. adversus reformatos, et Socinianos
Epan. contra securos et de gratia desperantes
Pad. ut studeamus de electione nostra certi esse 2 Pet. 1. 10
Par. attendendo ad fidelitatem D. N. qui nos ad finem usque conservabit. 1 Pet. 1. 5. c. 5. 10

I. 1. Eius fundamentum redemtio per filium DEI Gal. IV. 5. Ordo
p regenerationem Iac. I. 18. Character internus, mens pa-
tri conformis Matth. V. et Spiritus testis Rom. VIII. 15. et

II. 1. Fundamentum e obedientia christi δικαιώματι probata praesti-
ta 2. applicatio in iustificatione, qua fit in ordine regeneratio-
nis, esse nihil desiderantem Matth. [illegible] 3. necessitas. Matth. V. 20. 4. Proprium robur Ies. 45. 24.
Rom. VIII. 37. 5. character internus tranquillitas Rom. V. 1. et
externus vitae iustitia. Iac. II. 21.
2. Fundamentum e pacificatio Χρ. 2. Cor. V. Ephes. II. 14. 17. Col. I.
20. 2. Participatio p applicationem iustitiae christi et sensus amo-
ris eius Rom. V. 5. 3. Forma adquiescentia in gratia placa-
ti numinis. 1. Ioh. III. 19. 20. 4. Adiunctum pax Dei erga nos Eph. II. 14. 17
Es. 57. 19. pax nostra erga Deum Rom. VIII. 6. 7. 5. Praestantia, ex
indicata p שלום, quod notat perfectionem, et p εἰρήνην
notat nexum, est tanquam custodia semper victrix Phil. IV. 7. Col.
III. 15. 6. character internus laeta conscientia et πληροφορία
externus studium εἰρηνοποιοῦς Matth. V. 9. 7. Impedimenta
pharisaismus et securitas Ψ. 39. 6. 7. ~~Matth.~~ Luc. 19. 42.
3. Fundamentum redemtio Χρ. Gal. V. 1. Ioh. VIII. 32. 2. Forma in do-
minio in peccata et in viribus promtae obedientiae. 3. Species.
4. Differentia a licentia carnis. 1. Pet. II. 16.

III. 1. Forma in vivae perceptione mentis divinae 2. effectus. sapientia, ἀ-
κρίβεια in dignoscenda natura et gratia. Sanctitatis studio et e.
gradus in aliis diversus.
2. Participatio p abnegationem laetitiae mundanae. 2. forma,
gustus bonorum gratiae 3. gradus summus in Ψ[illegible] 2. Cor. VII. 4.
4. Proprium sinceritas et perennitas, coniuncta cum timore
Ioh. XV. 11. Ψ. II. 11. 5. effectus laudes divinae suavitas in conversatione,
vitae iucunditas. 6. complementum in vita aeterna. 1. Pet. 1. 8.
3. Forma in officio S. S. vario vid. supra. 2. oppositum contristatio Spiritus et adversatio
3. effectus promta submissio et dictionum rectitudo

M. VII. ARTICULUS III.

DE RELIQUIS CHARISMATIBUS.

I. CHARISMATA singulari respectu ad *Deum Patrem* referenda:

1. *Adoptio* Jo. I, 12. 13. Rom. VIII, 14. 15. 16. Eph. I, 5. 1 Jo. III, 1. 2.
2. *Cura Dei paterna* Gen. XXXIX, 3. Matth. VI, 20. seqq. X, 30. 31.
3. *Hæreditas æterna* Matth. XXV, 34. Rom. VIII, 17.

II. CHARISMATA ad *Filium Dei* referenda:

1. *Justitia parta*: Jes. XLV, 24. LIII, 11. Jer. XXIII, 6. 2 Cor. V, 21
2. *Pax spiritualis*: Jes. IX, 6. Matth. XI, 29. Jo XIV, 27.
3. *Libertas* spiritualis: eaque
   - a. ab ira Dei & condemnatione. Rom. V, 9. VIII, 1.
   - b. a fulmine & maledictione legis. Gal. III, 11. 12. 13.
   - c. a legis moralis coactione Rom. VIII, 14.
   - d. a legis ceremonialis jugo. Act. XIII, 38. 39. XV, 5. 9 seqq.
   - e. a peccati dominio & reatu. Jo. VIII, 32. 34. Rom. VI.
   - f. a pravo & vano mundi schemate Gal. I, 4. 1 Pet. I, 15.
   - g. a potestate satanæ. Col. I, 13. Hebr. II, 14. 15.
   - h. ab auctoritatis humanæ jugo. Matth. XXIII.

III. CHARISMATA ad *Spiritum Sanctum* referenda:

1. *Illuminatio uberior*. Eph. I, 17. 18
2. *Lætitia spiritualis*: Neh. VIII, 10. Rom. XIV, 17. Phil. IV.
3. *Rectio continuata*: Jo. XIV, 26. Rom. VIII, 14.

IV. CHARISMATA ad *Deum triunum* notione generaliore referenda:

1. *Unio cum Deo mystica*. Hos. II, 19. Jo. XIV, 17. 20. seqq. XV, 1. seqq.
2. *Corroboratio spiritualis*: Eph. III, 16. seqq. VI, 10. sqq.
3. *Certitudo salutis*. Rom. VIII, 16. 31. sqq. Eph. I, 13. 14.

Huc accedit *charismatum complexus* in *unctione* & inde oriente *sacerdotio regali*. 1 Jo. II, 20. 27. 1 Pet. II, 5. 9. Apoc. I, 6. V, 10. p. 380-395